



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

25. Dies Janvarii. Domine, quid me vis facere? Actor. 9.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

## 25. DIES JANVARII.

Domine, quid me vis facere ? *Acto.*

Damina I.  
peccati.

**P**roponitur tibi hodie Saulus persecutor Ecclesiæ, tibi peccatori, qui persecutor es tuæ amæ. Perversus Saulus, jam versus Paulus, dixit, & dicendo se totum Deo dixit, cum illa proferret: *Domine, quid me vis facere?* Ut exemplo Pauli dicas, Domine, quid me vis facere? Prius te ipse interroga, ut Deus Cainum: (a) *Quid fecisti?* Attende animum. Peccasti mortaliter, hoc est? Id est, tulisti sententiam, qua Deo diabolus prætulisti. Testatus es, te nec pili cælum facere, flocci Deum: nec Dei gratiam te velle, nec amitiam æstimare, quæ tamen est inæstimabilis. *Quid fecisti?* Peccasti mortaliter: hoc est, injuriâ affectu Deum; sed quantâ? Si coalescerent in unam, omnia quæ cunctis creaturis, Angelis, hominibus, Regibus Monarchis fieri queunt injuriæ, nulla esset præsumpta Deus offenditur. *Quid fecisti?* Peccasti mortaliter, id est, protrusisti summum Bonum, Deum Asum, & quidquid est Dei, affectu, & quantumlibet erat fuit, destruxisti. Quot Deo prætulisti creaturas, deinceps tibi fecisti ultimos fines. Deum existere noluisses, bene non puniret: Noluisses æternum, ut æternis te habuisses non addiceret. Læsisti, quæ omnia videt, presentiam: peccasti Deo vidente, Deo prohibebus.

(a) *Genesis 4.*

Januar.

Tessera.

67

Deo minante. Effrons ! quis servus audeat coram  
hero suo , quod tu coram Deo ? Nihil pensi ha-  
buisti , quod à Deo videris : in ejus despectum pec-  
casti.

II. Sapientiam ejus , quæ infinita est , insipien-  
tem , cæcam , ignorantem , nullam voluisses , ut judi-  
cium effugeres . Inquinasti complectentis te Immense-  
ritatem . Non sic pisces mari , volucres aëre conti-  
nentur , ut tu Deo . Locum hunc fœdasti sordibus  
peccatorum . Si cloacæ , si sentinæ , si fætores omnes ,  
si ulcerum omnium gravevolentia , omnis putredo , &  
sanies conferrentur ; nihil ad peccati mephitim , &  
contagium . Hanc Divinitati pestem : hanc junxisti  
impuritatem Sanctitati : junxisti diabolum Deo . Im-  
pendisti corporis , animique vires , ut perderes eum ,  
qui tot te commodis , deliciis , & honoribus macta-  
vit , in cælo & in terra , omnipotentiam suam prode-  
git , & thesauros . Mandante Deo , tibi terra stabat ,  
fluebat aqua , diffundebatur aer , ardebat ignis , tibi  
Sol lucebat , & astra ; vertebatur cælum , flores ride-  
bant , aura sonabat , tibi bruta animalia vivebant ;  
studebant homines : serviebant Angeli . Hæc dona  
in venena , hæc beneficia vertisti in beneficia . A Deo  
accepisti ut aliquid sis , opposuisti hoc ipsum Deo .  
Accepisti vires , & auxilium , hæc ipsa vertisti in Au-  
xiliu-  
torem , ingratitudine prorsus intolerabili . Provi-  
duras , dentiam per jocum , & ludibrium nominasti . Gu-  
russes bernantem suavissimè , prospicientem vitæ , sanitati ,  
honoratu-  
m te hu-  
onori tuo , amolientem pericula , advigilantem per  
let , p-  
se , per Angelos , per Magistratus , conservantem , qui-  
hibus tibi corpus , & anima sustentabatur , perdere co-  
natus es .

E 2

III. Quid

III. Quid adhuc fecisti ? Quòd ab æterno deu  
cogitarit, quòd te crearit & conservarit: quòd om  
nia te subdiderit, quòd gratiis & prævenerit,  
auxerit: paratus ita tecum in omnem æternitatem  
gere: quòd æternæ vitæ potenter fecerit, quid ali  
quàm amor, & misericordia fuit ? Ingratus ! Obliti  
es illius, qui ante mundum conditum tui memini  
rat. Respuisti amantem Deum, odisti amorem  
sum. Extinxisti charitatis, ut ignem accenderes  
ferni. Bona æterna malis æternis commutasti. Neg  
lexisti cæli amœnitates, ut in peccatis sorderes:  
in omnem æternitatem odio haberes eum, qui  
omni retro æternitate infinitè te amavit. Hæc fe  
sti: tamen concessit Deus resipiscendi spatum:  
tam integrum: Quoties vocavit? Quoties ostia  
dispusavit? Quot inspirationibus mentem exci  
vit? Quàm patiens tecum cùm peccares, quàm  
sericors postquam peccaras, fuit? Quoties dæm  
nem, cuius te potestati peccando tradideras, col  
buit, ne vim inferret, ne vitam tolleret? Per se,  
Angelos, per homines monuit, invitavit? & renu  
& contempsisti. Voluisti mori, tuo inimicus Ser  
tori: noluisti cum Deo regnare: maluisti cum  
monibus ardere. Hæc fecisti. Nonne jam tempus  
& plus quàm tempus ut cum Saulo, prostratus  
terram, tremens ob tot tua flagitia, stupens ob  
Dei beneficia, lachrymantibus oculis, pronis ges  
bus, contrito corde, singultienti voce clamans:  
Dime, quid me vis facere ? Quidquid possum, qu  
id volo, quidquid scio facere, minus est iis, q  
ego feci contra te, quæ tu fecisti propter me.. O v

*Nunc locus est flendi, tempus peccata lñendi.*